Κυρίλλου. Ὅτι ἰνδεβίτος κινεῖται κωνδικίως, εἰ μὲν ἐξ ἀρχῆς ὁμολογῆσαι λαβεῖν, οὐκ ἰνδεβίτον μὲντοι, ὁ ἄκτωρ βαρύνεται, εἰ μὴ ἀφῆλιξ, ἢ ἀνηβός ἔστιν, ἢ στρατιώτης, ἢ ἀρχοικός, ἢ ἀπλοῦντι χείρων. ὁ δὲ μέρος ὃν κατέβαλε λέγων ἰνδεβίτον, πάντως δεικνύτω. πᾶς δὲ βαρυνόμενος ἀποδείξει δύναται ἐπάγειν ὄρκον, διδῶς τὸν περὶ καλομνίας, ὑποκείμενος ἀντεπιφορᾶς. εἰ δὲ τις ὁμολογήσῃ ἐποίησε, μὴ εἰπὼν αἰτίαν, ἐξ ἧς χρεωστῆ, ὁ ἄκτωρ δεικνύται. εἰ δὲ ἐπέθεικε τὰς αἰτίας, ὑπὲρ ὃν ὁμολόγησε χρεωστῆν, πάντως κατέχεται, εἰ μὴ δι' ἐγγράφων τὸ ἐναντίον δεῖξει μὴ χρεωστῆν. [Sch. q. III. 42.]

serit³⁾, propter quas eandem conscripsit, ei stare cogitur⁴⁾, nisi in scriptis⁵⁾ probaverit⁶⁾, se haec indebite promississe.

I) quaestione de indebito emergente] Theodori. Qui indebitum accepit, si quidem neget solutionem, et dicat ab initio, nihil prorsus se accepisse, et adversarius antea probaverit solutionem ei praestitam, amittit auxilium praesumptionis. Ceterum si dicat quidem, sibi solutum esse, sed debitum esse solutum, deque eo cognosci velit, ipse omnimodo necesse habet probare, debitum fuisse, quod ipsi solutum est. Per enim absurdum est, eum, qui ab initio negavit, se pecuniam accepisse, postquam probatum fuerit, ei solutam fuisse, probationem indebiti soluti ab adversario exigere. Haec quidem, ut dixi, cum reus ab initio negavit solutionem sibi praestitam. Sin vero confiteatur quidem solutionem, dicat autem, non indebitam pecuniam sibi fuisse solutam, tunc praesumptio pro eo est, et merito adversarius onus probationis suscipit, et probat, indebitum se solvisse. Qui enim alicui solvit, non adeo simplex et facilis est, ut suum proiciat et indebitum solvat, videlicet si vir diligens et attentus sit, semper sua negotia gerens, quem incredibile est in qualicunque negotio facile errasse. Et ideo is, qui dicit, se indebitum solvisse adversario, onus probationum sustinet, et probare compellitur, per dolum accipientis, vel aliquem iustum errorem, vel ignorantiam indebite se solvisse. Quod si non probaverit, solutum repetere non poterit. Haec igitur obtinent, cum is, qui probat et se solvisse dicit, attentus et diligens fuerit. Nam si pupillus sit, vel minor, vel mulier, vel miles, vel agricola, vel quis alius forensium rerum expers, vel etiam simplicitate gaudens, forte monachus, vel desidiae deditus, tunc ipse onera probationum non sustinet, sed reus necesse habet probare, non indebite sibi fuisse solutum: hoc enim si non ostenderit, solutum reddit. Hoc autem intellige, si totam summam indebitam fuisse solutam dicat. Sin autem partem quidem debitam, partem vero indebitam solutam dicat, vel totum quidem ab initio debitum fuisse, soluto autem vero debito postea per errorem bis idem se solvisse, vel etiam exceptionem se habere, oblitum autem eius solvisse: tunc ipsi onus probationis incumbit, licet talis sit, quem paulo ante necessitate probandi exoneravimus, et cogitur ostendere, vel plus debito se solvisse, vel per oblivionem exceptionis sibi competentis reo se solvisse. Etenim generalis regula vult, eum, qui exceptionem opponit, vel se solvisse debitum contendit, probatione onerari. In omnibus autem supradictis casibus non utique actor, sed omnino is, cui onus probationis incumbit, ius habet iusiurandum deferendi, et potest iusiurandum adversario deferre, prius ipse de calumnia iurans: iure tamen referendi adversario salvo. Haec igitur obtinent, ubi pecunia vel res indebite soluta dicitur. Nam si cautio indebite emissa fuerit, tunc is, qui eam accepit, probare debet, debitum esse, quod cautione continetur, modo causa in cautione expressa non sit. Haec autem dico, nisi ipse, qui cautionem emisit, specialiter causas in ipsa cautione expresserit, pro quibus cautionem exposuit. Tunc enim stare debet suae allegationi, nisi efficacissimis probationibus in scriptis habitis ostendere possit, se indebite cautionem exposuisse.

Cyrilli. Cum conditione indebiti agitur, si quidem ab initio fateatur se accepisse, non tamen indebitum, actori incumbit onus probandi: nisi pupillus sit, vel minor, vel miles, vel rusticus, vel simplicitate gaudens. Qui autem partem pecuniae solutae indebitam dicit, omnimodo hoc probat. Quilibet autem, cui onus probandi incumbit, iusiurandum deferre potest, praestito de calumnia iureiurando, ita ut iusiurandum ei referri possit. Si quis vero cautionem emisit, neque in ea expresserit causam, ex qua debet, actor probat. Si vero causas, ex quibus se debere professus est, expresserit, omnimodo tenetur, nisi in scriptis probaverit contrarium, id est, se nihil debere.

1) Syn. Harm. addit προφανῶς. λῆν. m) Adde ὁ ante βαρυνόμενος.

k) Syn. et Harm. δεῖξῃ.

l) Adde τοῦ.

1) Lege λήθη δὲ ταύτης τὸ χρέος καταβα-

mm) Sic Fabr. Legendum ἀσφαλῶς.

Πῶς τούτο ἔπιν ὁ νομοθέτης; εἰ γὰρ σύνθηται ὁλος λαβεῖν, καὶ παραγράφεται ἄν. εἰ δὲ παραγράφεται, λοιπὸν αὐτὸς εἰς ἀπόδειξιν ἀπολυθήσεται, διὰ τὸ ἐν ταῖς παραγραφαῖς ἐνάγοντα εἶναι τὸν ἐναγόμενον. ἀλλ' ἔρεϊ τις ἂν τῷ νομοθέτῃ συνηγορῶν, ὅτι τότε ἐν τῇ παραγραφῇ ἐνάγων εἶναι δοκεῖ ὁ ἐναγόμενος, ὅτε πᾶσαν μὲν ἀποδέχεται τὴν πρότασιν τοῦ διαδίκου, καὶ ὁμολογήσας εἶτα παραγράφεται. οἷον ἐκίνησέ τις κατ' ἐμοῦ λέγων· χρεωστὴς μοι· κἀγὼ ὁμολόγησα, ναί. ἀλλὰ συγχώρησιν ἔλαβον τοῦ χρέους. ἰδοῦ, τὴν μὲν πρότασιν ἐδέξαμην, καὶ ὁμολόγησα, παρεργαφάμην δέ. καὶ λοιπὸν ἐγὼ εἰς ἀποδείξιν ἀπολυθήσομαι, ἵνα δεῖξω, ὅτι συγχώρησιν ἔλαβον, πᾶσαν οὐ δεξομαι, οὐδὲ ὁμολόγησα, ἀλλὰ τι μέρος τῆς προτάσεως, κἂν παραγράφωμαι, οὐδὲ δοκεῖ τούτο εἶναι παραγραφή, καὶ λοιπὸν ὁ ἐνάγων εἰς ἀπόδειξιν ἀπολυθήσεται. οἷον, ἐνίγαγέ τις κατ' ἐμοῦ λέγων· ἀχρεωστῆτόν σοι κατέβαλον, καὶ ζητῶ τούτο. κἀγὼ εἶπον, καταβεβλημένοι μὲν, ἀχρεωστῆτον δὲ οὐ, ἐνταῦθα γὰρ τὴν πρότασιν οὐ πᾶσαν ἐδέξαμην καὶ ὁμολόγησα. καὶ λοιπὸν εἰ καὶ δοκῶ παραγράφωμαι, ἀλλ' ἡ παραγραφή μου ἄρησις μᾶλλον ἐστίν. ἐκέλευσεν ὁ νόμος εἰς ἀποδείξεις ἀπολυθήσεται. [Sch. q. III. 42.]

Σημείωσαι, ὅτι ἐν ᾧ πρόληψις ὑπὲρ τινος δεικνύται, ὁ τούτου διαδίκος βαρεῖται ταῖς ἀποδείξεσι, καὶ ὅτι ὁ καταβαλὼν τινι δοκεῖ κατὰ πρόληψιν δέβειτον αὐτῷ καταβαλεῖν. [Sch. q. III. 43.]

Σημείωσαι καὶ ἐνταῦθα, ὅτι ἀρνήσεως οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις. τούτο δὲ σοι ἐν τῷ β. διγ. παραδέδωκε τοῦ παρόντος. πρόσθε, ὅτι τότε ἡ ἀρνήσεως οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, ὅταν ἡ ἀρνήσις οὐ πρόληψι μάχεται. ὁ γὰρ καταβαλὼν δοκεῖ κατὰ πρόληψιν δέβειτον καταβαλεῖν. εἰκότως οὖν οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις τῆς ἀρνήσεως. [Sch. q. III. 43.]

ὁ τῆς συκοφαντίας δίδοται] Τοῦ Ἀνωνίμου. Ὁ ὄρκον ἐπάγων πρῶτος τὸν τῆς καλομνίας ὕμνον, ἐάν ἄπειρηται. ὃν οὐκ ὕμνον ὁ πατήρ, ἢ πάτριον, ὡς βιβ. ββ. τι. β. διγ. ιε'. οὔτε δὲ οἱ ὑπὲρ αὐτῶν κινῶντες, ὡς βιβ. λθ'. τι. β. διγ. ιγ'. θεμ. ια'. οἱ δὲ λοιποὶ ἐπάγοντες καὶ μὴ ὕμνοντες τὸν τῆς καλομνίας, εἰκότως παραχωροῦν τὸν ὄρκον, καὶ τῆς ἀγωγῆς ἐκπίπτουσιν, ὡς βιβ. ββ. τι. β. διγ. λζ'. [Sch. r. III. 43.]

εἴπη τὰς αἰτίας] Οἷον ἐδανεισάμην ἀπὸ σοῦ ἐγγράφως τόσα νομίματα, καὶ ὁμολογῶ ταῦτα καταβαλεῖν σοι δι' ὅλον τοῦ εἰσιόντος μηνός. [Sch. s. III. 43.]

στοιχεῖν ἀναγκάζεται] Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς. Ἐν τῇ γλ'. νεαρή περὶ ἀγγυροπρατῶν τὰ ὅμοια τοῖς ἐνταῦθα εἰρηται, καὶ ἐκ προσθηκῆς, ὅτι εἰσὼ τοῦ χρόνου τῆς ἀναργυρίας ὄρκον αὐτὸν καὶ τὸν αὐτοῦ κληρονόμον. [Sch. t. III. 43.]

εἰ μὴ δι' ἐγγράφον] Ἰσόθου γὰρ, ὅτι ἐγγράφον μοι ἐποίησεν ὁ νῦν κινῶν κατ' ἐμοῦ περὶ τοῦ χρέους, ὅτι εἰ τάχα καὶ ὁμολόγησα, καὶ τὰς αἰτίας ἐπέθηκα, ἀλλ' οὖν ἐκ συναινεσεως ἀμφοτέρων ἀνελύθη τὸ σύμφωνον τοῦ δανείου, καὶ οὐκ ἠριθμήθη σοι ὁ δάνειον. [Sch. u. III. 43.]

δείξει] Ἐρωτῶ, εἰ ἀπορήσω ἀποδείξεων ἐγγράφον, ἅρα χρῆσμαι ὄρκου; Ἀνσίς. Ἐγὼ οἶμαι, ὅτι ὡςπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐξ ἀπορίας τῶν ἀποδείξεων ὄρκος δίδοται, οὕτως καὶ ὡδε ὀφείλει γίνεσθαι. [Sch. x. III. 43.]

Καὶ μὴν ὁ χρωόμενος τῇ τῆς ἀναργυρίας παραγραφῇ οὐκ αὐτὸς δεικνύσιν; Ἀνσίς. Ἀλλ' ἐνταῦθα διαφορά ἐστίν. Ἐνθα μὲν γὰρ τις ὡς δανειζόμενος χρήματα, ἢ ἄλλα πράγματα, παρεργαφάτω καθ' ἑν καιρὸν ἐδανείζετο, τότε εἰσὼ δύο ἐνιαυτῶν δύναται τὴν τῆς ἀναργυρίας ἀντιθέται παραγραφήν, ὡς κεφ. ὁ. τοῦ α'. τι. τοῦ κγ'. βιβ. εἰ μὴτῶ ἀτελής ἦν τῇ ἡλικίᾳ ὁ χειρογραφήσας. τότε γὰρ καὶ τῆς διετίας παρελθούσης ἔχει τὴν ἀναργυρίαν. Ἐνθα δὲ χρωεστούμενός τις τινὰ προσότητα ἐποίησεν ἀπόδειξιν πρὸς τὸν χρωεστὴν αὐτοῦ, ὡς τάχα ἀπολαβὴν τὸ χρέος, οὐκ ἔλαβε δέ, τότε εἰσὼ λ'. ἡμερῶν μετὰ τὴν ἐκθεσίαν τῆς ἀποδείξεως ἀντιθέται τὴν ἀναργυρίαν, ὡς κεφ. οδ'. τοῦ γ'. τι. τοῦ κγ'. βιβ. Ἐνθα δὲ ὁμολογία γίνεται ἢτοι κατάφθεσις προϋπάξαντος χρέους, εἰ μὲν γραφῶσι καὶ αἰτία, ἐξ ἧν χρωεστῆ, τυχὸν ἀπὸ κοινωνίας, ἢ χρήσεως, τότε ὁ λέγων ἀχρεωστῆτος ποιῆσαι τὴν ὁμολογίαν αὐτὸς δεικνύει ἐγγράφως, ὅτι μὴ χρωεστῆν ἐχειρογράφησε, καθὼ

Quomodo vero id ait Iurisconsultus? Nam si fateatur totam se summam accepisse, exceptione quoque utetur. Sin autem exceptione utetur, utique ipse ad probationem dimittetur, quia in exceptionibus reus actor esse videtur. Sed qui Iurisconsulto patrocinari voluerit, dicet, in exceptionibus reum tunc actorem esse videri, cum totam adversarii intentionem admittit, eaque admissa deinde excipit. Verbi gratia, egit quis adversus me, dicens: debes mihi: egoque agnoscens, certe, inquam. Sed remissionem debiti consecutus sum. Ecce, intentionem quidem admisi, et me debere confessus sum, exceptionem autem opposui. Itaque ad probationem dimittar, ut probem, remissum mihi esse debitum. Sin autem non totam intentionem admisero, nec confessus fuero, sed partem intentionis, licet excipiam, non videtur hoc esse exceptio, ac per hoc actor ad probationem dimittetur. Verbi gratia, egit quis adversus me, dicens: indebitum tibi solvi, idque peto. Ego vero dixi: solutam quidem pecuniam, sed non indebitam. Hic enim non admisi totam intentionem, nec confessus sum. Itaque licet videar excipere, tamen exceptio mea negatio magis est. Ille igitur ad probationes dimittetur.

Nota, cum praesumptio pro aliquo facit, adversario eius onus probandi incumbere, et eum, qui alicui solvit, videri praesumptione ipsi debitum solvisse.

Nota et hoc loco, negationis non esse probationem. Hoc tibi tradidit dig. 2. huius tituli. Adde, negationis non esse probationem, quando negatio praesumptioni contraria non est. Nam qui solvit, videtur per praesumptionem debitum solvisse. Itaque merito negationis probatio non est.

2) iureiurando de calumnia praestito] Innominati. Qui iusiurandum defert, prius ipse de calumnia iurat, si hoc exigatur. Quod iusiurandum non praestat pater aut patronus, ut lib. 12. tit. 2. dig. 16. nec qui eorum nomine agunt, ut lib. 39. tit. 2. dig. 13. them. 11. Ceteri vero, qui iusiurandum deferunt, nec de calumnia iurant, remittere iusiurandum videntur, et actione cadunt, ut lib. 12. tit. 2. dig. 37.

3) causas expresserit] Verbi gratia, a te ex causa mutui accepti tot nummos ex scripto, eosque me tibi omnino soluturum promitto Calendis proximis.

4) ei stare cogitur] Enantiophanis. In Nov. 136. de argentariis hae similia dicuntur, et praeterea, intra tempus opponendae exceptionis non numeratae pecuniae debitorem actori iusiurandum deferre, et heredi eius.

5) nisi in scriptis] Finge enim eum, qui nunc crediti nomine mecum agit, scriptum mihi fecisse, quo continetur, licet in cautione confessus fuerim, et causas debiti expresserim, tamen ex consensu utriusque pactum mutui solutum, nec mihi pecuniam numeratam esse.

6) probaverit] Quaero, si probationes in scriptis mihi desint, an iusiurandum deferre possim? Solutio. Ego puto, sicut in aliis ex inopia probationum iusiurandum datur, ita et hic fieri debere.

Atqui qui exceptione non numeratae pecuniae utitur, ipse non probat. Solutio. Sed hoc loco differentia est. Si quis enim quasi pecuniam accepturus vel alias res, cautionem exposuerit eo tempore, quo mutuum contraheret, tunc intra biennium exceptionem non numeratae pecuniae opponere potest, ut cap. 70. tit. 1. lib. 23. nisi imperfectae aetatis sit, qui cautionem exposuit. Tunc enim etiam praeterlapso biennio exceptionem non numeratae pecuniae habet. Si quis vero pecuniam, quae deberetur, quasi mox accepturus, apocham debitori exposuerit, neque eam pecuniam acceperit, intra triginta dies post apocham expositam exceptionem non solutae pecuniae opponit, ut cap. 74. tit. 3. lib. 23. Cum vero confessio vel cautio de praecedente debito exponitur, si quidem causae debiti in ea expressae sint, puta societatis, vel commodati, tunc qui indebitum dicit se cau-

*) Desunt quaedam: fortasse; τοῦ χρέους ἔλαβον· εἰ δὲ τὴν πρότασιν. **) Sic lego, Fabr. τότε. ο) Lege μοι.

καὶ τὸ γ'. κεφ. τοῦ α'. τιτ. τοῦ κγ'. βιβ. φησί. ἔνθα δὲ αἰτία οὐκ ἀνατίθεται, ἀλλ' ἔστιν ἀσάφες τὸ χειρῶν γραφόν, ὃ λέγον ἀπὸ χρεωστούμενον αὐτὸς δεικνύει. καὶ τὸ παρὸν οὖν κεφάλαιον περὶ ὁμολογίας νοεὶ λέγειν ἐπὶ προϋπάρχοντι χρεὶ γεγενημένης. διὰ τοῦτο γὰρ τὴν ἠθρομένην διάστιξιν ὁ βασιλεὺς εἶπε. καὶ ζῆται καὶ τὸ β'. καὶ τὸ ξε. κεφ. τοῦ α'. τιτ. τοῦ κγ'. βιβ. κατὰ δὲ ὁμολογίας, ἐν ἣ τὶς κατέθετο εἰληφέναι παρακαταθήκην, ἢ κατὰ ἀποδείξεως γενομένης περὶ δημοσίων, ἢ κατὰ ὁμολογίας ἀποληπτικῆς ἐπὶ προικῇ συντελεσθείσης, οὐκ ἔστιν ἀναρρογία. ὅπου δὲ οὐκ ἔστιν ἀναρρογία, οὐδὲ ὄρκοι γίνονται, ἀλλὰ καταδικάζεται ὁ ἐναγόμενος, ὡς βιβ. κγ'. τιτ. α'. κεφ. οδ'. περὶ τὰ τελευταῖα. [Sch. x. III. 43. sq.]

L. 26. D. XXII. 3. κς'. Παπῖαν. Ἐὰν χρεωστούμενος παρὰ σοῦ λεγάτου, καὶ διαφόρως ἀντιχρεωστῆσας σοι καταβάλω μὴ ἀντελλογισάμενος, κατὰ χάριν αὐτὸ δοκῶ συγχωρεῖν.

διαφόρως] Καλῶς καὶ ἀναγκαίως προσέθετο τὸ διαφόρως· εἰ γὰρ μὴ ἦν τοῦτο, ἀλλ' ὅπως ἀντιχρεωστούμενον κατέβαλεν, ἔχει καὶ ἀνάληψιν, ὡς κεφ. ι'. θεμ. β'. τοῦ ι'. τιτ. τοῦ κδ'. βιβ. καὶ ὁ ἐκεῖ Στέφανος. ἀνάγνωθι καὶ τὸ η'. κεφ. τοῦ ια'. τιτ. τοῦ κη'. βιβ. [Sch. y. III. 44.]

μὴ ἀντελλογισάμενος] Πρόκουλά τις παρὰ τοῦ οἰκείου ἀδελφοῦ φιδείκομισσον, τριακόσια τετὰρ ἐποφειλομένη νομισμάτα, καὶ τούτου περιόντος μὴ ἀπαιτήσασα, βούλεται νῦν λογοποιῶσα περὶ τῶν συναλλαγμάτων τινῶν πρὸς τοὺς κληρονόμους τοῦ ἀδελφοῦ κομπενσατεῦσαι αὐτό. οἱ δὲ κληρονόμοι ἐνίσταντο, μὴ χρῆναι αὐτὴν κομπενσατεῦσαι τὸ φιδείκομισσον, περὶ οὐ μὴδεμίαν ποτὲ περιόντι ἀδελφῷ προσήγαγε ζήτησιν· καὶ ταῦτα πολλάκις λογοποιήσασα πρὸς αὐτόν, καὶ χρεῖα τινὰ καταβαλοῦσα αὐτῷ. τὸ ζητούμενον, εἰ δύναται ἡ Πρόκουλα τοὺς κληρονόμους τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ καὶ ὀφλησαντος αὐτῇ τὸ φιδείκομισσον ἀπαιτεῖν, κομπενσατεῦσαι αὐτοὺς τὰ λ. νομισμάτα. λέγει οὖν ἡ διατάξις, μὴ χρῆναι αὐτὴν κομπενσατεῦσαι ὡς δόξασαν τῷ ἀδελφῷ τὸ φιδείκομισσον παραχωρήσαι. καὶ σημειῶσαι ἔξωθεν, ὅτι ἐάν τις τὸ καταλεφθέν αὐτῷ φιδείκομισσον, ζῶντος τοῦ κληρονόμου, μὴ ἀπαιτήσῃ, ἀλλὰ καὶ χρεὸς ἰδίως, ὅπερ ἰδιαζόντως ἐχρεώσται τῷ κληρονόμῳ, καταβάλῃ αὐτῷ, πρὸς τῷ μὴ ἀπαιτεῖσθαι τὸ φιδείκομισσον, δοκεῖ σιωπηρῶς αὐτῷ τὸ φιδείκομισσον συγχωρεῖν. ὥστε σημειῶσαι, ὅτι κἂν δανειστὴς καταβάλῃ τῷ ἰδίῳ χρεώστῃ τὸ χρεὸς, ὅπερ αὐτῷ ἐχρεώσται, δοκεῖ συγχωρεῖν αὐτῷ τὸ χρεωστούμενον αὐτῷ παρ' αὐτοῦ. σημειῶσαι αὐτὸ θαυμαστόν ὄν. [Sch. z. III. 44. sq.]

Τοῦ Ἀρονύμου. Ἀνάγνωθι βιβ. μδ'. τιτ. ζ'. διγ. κδ'. [Sch. z. III. 45.]

Τοῦ Νικαίου. Μὴ ἐναντιωθῆ σοι τὸ γ'. θεμ. τοῦ ζ'. κεφ. τοῦ δ'. τιτ. τοῦ ν'. βιβ. οὐ ἡ ἀρχὴ· εἰ κατ' ἐπιτροπὴν δούλου μου ἀγρὸν αὐτῷ ἀγοράσῃς. κἀκεῖ γὰρ καλῶς τὸ δοκεῖν δωρεῖσθαι πρόκειται, διότι προὔτην αἰτία ἐνοχῆς, τῆς πράσεως δηλαδὴ· καὶ κατὰ τὸ παραδιδόντος τὸν ἀγρὸν τῷ ἐλευθερωθέντι δούλῳ ἡδεῖ, ὅτι ἀφῆρεθῆ ὁ ἐλευθερωθεὶς τὸ πεκούλιον, καὶ παρέδωκε πρὸς ἐκείνον τὸν ἀγρὸν μὴδὲν ἔχοντα δικαίον ἐπὶ τῇ παραλήψει τοῦ ἀγροῦ. κατὰ τοῦτο ὁ Ἰουλιανὸς προσέθετο τὸ δοκεῖν δωρεῖσθαι. ἔστι γὰρ ἐνδεχόμενον, ἐπεὶ προὔτηρχεν αἰτία ἐνοχῆς ἐπὶ τῇ παραδόσει, τὸν παραδιδόντα παραδόναι τὸν ἀγρὸν σκοπῶ τοῦ δούλου τοῦτο πρὸς τὴν δεσποτείαν τὸν παραλαμβάνοντα, καὶ ἐξ ἀρχῆς προτρεψάμενον τὴν ἐξώρησιν. [Sch. z. III. 45.]

Τοῦ αὐτοῦ. Μὴ ἐναντιωθῆ σοι τὸ λ'. κεφ. τοῦ ζ'. τιτ. τοῦ κδ'. βιβ. καλῶς γὰρ ἐκέισε τῷ καταβαλόντι δέδωκεν ὁ νομοθέτης ἀγωγὴν τὴν πρόσφορον ἐπὶ ἀπαιτήσει τοῦ κεχρεωστημένου αὐτῷ, διότι ὑπέθηκεν τὸ καταβληθὲν χρεὸς μὴ δεχόμενον ἀτελλογόν, καὶ κατὰ τοῦτο οὐκ ἔχει ἰνδεδίτον κομδικτικίον περὶ τῶν καταβαλόντων, ὡς μὴ δύναμενος ἀπαιτεῖν εἰς ἀτελλογόν. ἔνθα δὲ τὸν καταβαλόντα θεματικῶς χρεὸς χρεωστῆσθαι δυναμένου ἀτελλογίζεσθαι, καὶ διαφόρως ἀντιχρεωστῆσθαι τῷ χρεωστούντι αὐτῷ, καὶ καταβαλόντα τὰ διάφορα χρεῖα, καὶ μηδαμῶς εἰς ἀτελλογόν ἀντιθέμενον χρεωστούμενον αὐτῷ, διὰ τοῦτο καὶ διὰ τὰς διαφόρους καταβολὰς λέγει, δοκεῖ αὐτὸν συγχωρεῖν τὸ οἰκείον χρεὸς. πρόληψις γὰρ ἔστι μεγάλη, τὸ δοκεῖν αὐτὸ δωρεῖσθαι ἐκ τοῦ πολλάκις καταβαλεῖν, καὶ μὴ ἀτελλογισασθαι. καὶ πρόσχαρῃ καὶ τῷ διαφόρως.

tionem exposuisse, in scriptis probare debet, indebite se cautionem emisisse, ut et cap. 73. tit. 1. lib. 23. dicitur. Quodsi causae expressae non sint, sed cautio indiscreta sit, qui dicit, sibi deberi, ipse probare debet. Hoc igitur caput accipe loqui de cautione de praecedente debito exposita. Ideo enim Princeps dicta distinctione usus est. Et quaere cap. 2. et 65. tit. 1. lib. 23. Exceptio autem non numeratae pecuniae non opponitur apochae, in qua quis confessus est, se depositum accepisse, neque apochae de publicis redditibus expositae, neque apochae de soluta dote conceptae. Cum vero exceptioni non numeratae pecuniae locus non est, nec iusiurandum defertur, sed reus condemnatur, ut lib. 23. tit. 1. cap. 74. circa finem.

XXVI. Papian. Si cum mihi legatum deberes, egoque vicissim tibi ex variis causis¹⁾ deberem, solvero, omissa eius compensatione²⁾, illud in tui gratiam videor remittere.

1) ex variis causis] Recte et necessario adiecit, *ex variis causis*: alioquin si, quod semel mutua vice debebat, solverit, habet et repetitionem, ut cap. 10. them. 2. tit. 10. lib. 24. et ibi Stephanus. Lege et cap. 8. tit. 11. lib. 28.

2) omissa eius compensatione] Procula quaedam, cum ei frater fideicommissum deberet, puta trecentos aureos, neque id ab eo superstite petiisset, nunc ratione habita ex quibusdam contractibus cum heredibus fratris compensare fideicommissum volebat. Heredes autem contendebant, non debere eam compensare fideicommissum, quod a superstite fratre non petiisset: et maxime quod crebro cum eo rationes retractasset et debita quaedam ei solvisset. Quaeritur, an Procula cum heredibus fratris, qui et fideicommissum ei debebat, triginta aureos compensare possit. Ait igitur constitutio, non posse eam compensare, quasi fratri fideicommissum remisisset videatur. Et nota rem novam, eum, qui fideicommissum sibi relictum vivo herede non petierit, sed et debitum, quod ipse specialiter heredi debebat, ei solverit, praeterquam quod fideicommissum non petierit, tacite remisisse fideicommissum videri. Itaque nota, si creditor debitori suo solverit id, quod ipse ei debebat, videri ei eum remittere, quod sibi ab eo debebatur. Nota illud valde mirabile.

Innominati. Lege lib. 44. tit. 7. dig. 29.

Nicaei. Ne obstat tibi them. 3. cap. 6. tit. 4. lib. 50. cuius initium: Si mandatu servi mei fundum ei emeris. Illic enim recte additur, *donare videri*, quia praecessit causa obligationis, venditionis scilicet: et quia qui fundum servo manumisso tradidit, sciebat, manumisso ademptum esse peculium, et tradidit agrum ei, cui nullum ius competeat agri accipiendi. Ideo Iulianus adiecit, *videri donasse*. Quoniam enim traditioni praecessit causa obligationis, qui tradidit, potuit eo animo fundum tradere, ut in dominium accipientis perveniret, qui ab initio emtionem mandaverat.

Eiusdem. Ne tibi obstat cap. 30. tit. 6. lib. 24. Recte enim Iuriconsultus eo loci ei, qui solvit, actionem competentem dat ad crediti sui petitionem, quia proposuit id debitum solum, quod compensationem non admittit: et ideo nec conditionem indebiti soluti habet, quod compensationem desiderare non possit. Sin autem ponas, ei, qui solvit, id deberi, quod in compensationem venire potest, et variis ex causis invicem creditorem eundemque debitorem fuisse, et varias fecisse solutiones, neque unquam oppositam ab eo compensationem eius, quod ei debebatur, ideo et propter varias solutiones dicit, videri eum debitum suum remisisse. Magna enim praesumptio est, videri eum donasse, quod saepe solverit et compensationem omiserit. Et nota

εἰ γὰρ μὴ τούτο προσέκειτο, ἀλλ' ἅπαξ ἐγγρόνει μία καταβολή, οὐκ ἂν εἰσῆχθη πρόληψις κατ' αὐτοῦ. νῦν δὲ πολλὰ γεγονασιν καὶ ἐκ διαφορῶν αἰτιῶν καταβολαί, ὅν ἐκ μισθώσεως, πρῶσεως, δανείου. ἀνάγνωθι βιβ. β. tit. γ'. κεφ. γγ'. καὶ μὴ σοι δόξη ἐναντίον ἐξ ὀρθοῦ λέγον, δωρεῖσθαι τὸν ἐν γινώσει διδόντα τὸ μὴ χρεωστούμενον. ἄλλο γὰρ ἐστὶ μὴ προὔποκειμένης τινὸς ἐνοχῆς χρεῖος ἢ αἰτίας, καταβάλλειν τινὰ πρὸς τινα πράγματα, ἢ γινώσκει μηδ' ὅλως χρεωστῆν, ὡς ἐπὶ εἰρημένου κεφ. γγ'. καὶ ἕτερον τὸ καταβάλλειν, ἢ διακρίως ἐχρεώσθησεν, μὴ προσφέρειν δὲ τῷ ἀπαιτοῦντι εἰς ἀντέλλογον, ὅπερ αὐτὸς ἐξ ἐκείνου κεχρεώσθηται, ὡς ἐπὶ τῷ προκειμένῳ, ἔνθα ὁ καταβάλλων οὐ χωρὶς ἐνοχῆς καταβάλλει, ἀλλὰ τὰ χρεωστούμενα ἀπαιτοῦντι καὶ ἐπὶ εἰκὸς ἐστὶ, δι' εὐγνωμοσύνης αὐτὸν τὰς διαφόρους ποιῆσαι καταβολάς, καὶ πρόληψις ἐπακολουθεῖ φυσικῶς τῷ μᾶλλον αὐτὸν δοκεῖν ἀφιέναι τὸ οἰκῆον χρεῖος, κατὰ τούτο καὶ ὁ νομοθέτης προσέθηκε τὸ κατὰ χάριν αὐτὸν δοκεῖν φιδεῖκομίσσον συγχωρεῖν. ὅτε δὲ οὐχ ὑπερτιν ὅλως ἐνοχῆς τις δευμὸς, οὐδ' αἰτία τις χρεῖος οἰουδηποτε, καὶ γινώσκων ταῦτα ὁ καταβάλλων, καὶ εἰδὼς, ὡς οὐ χρεωστῶν ποιεῖ τὴν καταβολὴν πρὸς τινα, ἐξ ὀρθοῦ δωρεῖται κατὰ τὸ γγ'. κεφ. τοῦ γ'. tit. τοῦ β'. βιβ. καὶ λοιπὸν ἐνθα προσκείται τὸ δοκεῖν, εἰ ζητεῖ δεῖξαι ὁ προλήψει λεγόμενος δωρεῖσθαι, ὡς οὐ δωροῦμενος παρεσιώπησεν τὸ οἰκῆον χρεῖος, καὶ οὐ διὰ συγχωρησῶν τοῦ οἰκῆου χρεῖος, παραδεχθήσεται. ἐνθα δὲ τούτο μὴ προσκείται, οὐδ' ὅλως εἰσακουσθήσεται. ζήτει καὶ βιβ. β. κεφ. κθ'. ζήτει καὶ τὸ γ'. θεμ. τοῦ ζ'. κεφ. τοῦ δ'. tit. τοῦ γ'. βιβ. οὐ ἢ ἀρχῇ εἰ κατ' ἐπιτροπὴν δούλον μου ἀγρὸν αὐτῷ ἀγοράσεις, καὶ μὴ ἐναντιωθῆσιν· συντρέχει γὰρ κακῆσιν τῇ παρουσίᾳ διαφέσει. διότι γὰρ κακῆσιν ὑπὴρ ἢ τῆς πρῶσεως ἐνοχῆς, ὁ δὲ παραλαβάνων οὐδὲν εἶχε δίκαιον, καὶ ἦδει τούτο ὁ παραδιδούς, καλῶς καὶ ὁ νομοθέτης πρὸς τὸ προφανὲς ἀποβλέπων εἶπε, τὸν παραδιδόμενον δοκεῖν δωρεῖσθαι. καὶ εἴτε καὶ ὁ παραδιδούς αἰτεῖ δεῖξαι, ὅτι οὐχ ὡς δωροῦμενος δέδωκε, παραδεχθήσεται, διότι οὐκ ἦν πάντῃ ἀμέτοχος τοῦ τῆς πρῶσεως συναλλάγματος ὁ παραλαβάνων, ἀλλ' ἐκείνος αὐτὸ συνεστήσατο, καὶ εἰκὸς ἦν, καὶ τιν παραδιδόντα μᾶλλον ποιεῖν παραδοσῶν, διὰ τὸ ἐκείνον εἰδέναι τὸ τῆς ἀγορασίας συστήριμυ συναλλάγμα, καὶ μᾶλλον ἐτοιμότερον εἶναι δι' ἐκείνου μέσου τὸν δεσποτὴν παραλαβεῖν, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ τῆς ἀγορασίας ἐξ ὀρθοῦ μεσιάσαντος συναλλάγματι. [Sch. z. III. 45 — 47.]

κζ'. Σκαεβόλ. Ἐὰν μὴ δυνάμενος πλέον τυχόν μῦς οὐγγίας καταλιπεῖν σοι ἐν διαθήκῃ, καταλίπω σοι αὐτήν, εἰπὼν καὶ διαφόρους ἄλλας ἀγράφους ποσότητας ἐποφείλειν σοι, τότε λαμβάνεις αὐτάς, ὅτε περὶ τοῦ χρεῖος ἀποδείξεις· δοκῶ γὰρ ἐπὶ περιγραφῇ τοῦ νόμου ταῦτα διεξελεθεῖν.

ἔὰν μὴ δυνάμενος] Τελευτῶν τις κατέλιπε φανεράν χρυσίον ποσότητά τινη, ἣς ὑπὲρ τὸ μέτρον λαβεῖν οὐκ ἠδύνατο. Φέξ γὰρ αὐτὸν ὄντα νόμον ὑἱὸν τοῦ τεστατῶρος. ἐπὶ γὰρ δὲ ὁ διαθεόμενος οὕτως εἶπὼν· δίδωμι αὐτῷ καὶ ληγατῶσα πρὸς τῇ εἰρημένῃ ποσότητι νομίματα θ'. αἰτῶ μοι δέδωκε καὶ ἐπίστευσεν, ἀσφαλῆσιν με τούτων μὴ ἀπαιτήσεως διὰ τούτο, ἐπειδὴ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, ἣν εἴληφε παρὰ τῆς μητρὸς, εἰς τὰς ἐμὰς ἐπίστευσε χεῖρας δίχῃ καντιονὸς τινος· πάλιν δὲ βούλομαι αὐτῷ δοθῆναι ἐκ τῆς ἐμῆς ὑποστάσεως νομίματα θν'. αἵτινα ἔσχον αὐτὸς ἐκ τῶν προσδων τῶν διαφερόντων αὐτῷ κτημάτων, ὧν τοὺς καρποὺς ἔλαβον, καὶ ἐπώλησα. τὸ ζητούμενον, ἄρα δύναται ὁ ληγατῶσιος καὶ ταῦτα τὸν κληρονομὸν ἀπαιτεῖν ὑπὲρ τὸ μέτρον τῆς ποσότητος, ἣς πλέον οὐ συγχωρεῖται αὐτῷ λαβεῖν ἐκ τῆς τοῦ κατοικομένου περιουσίας. λέγει ὁ Σκαεβόλας, οὐδαμῶς· πλὴν εἰ μὴ ἄρα δεῖξει σαφῶς, ὅτι ἐκεχρεώσθητο αὐτῷ ταῦτα παρὰ τοῦ τεστατῶρος. ἐπειδὴ γὰρ δοκεῖ ὁ διαθεόμενος πρὸς περιγραφὴν τῶν νόμων προσθέσθαι τὰ εἰρημένα, ὁ ληγατῶσιος βαρεῖται ταῖς ἀποδείξεσι. σημειώσαι οὖν πρόληψιν θαυμαστῆν, καὶ ὅτι ἔὰν τις καταλίπη τινὲ ὑπὲρ τὸ μέτρον τῆς ποσότητος, ἦν καὶ μετὰ ἠδύνατο λαβεῖν οὗτος ὁ ληγατῶσιος, καὶ εἶπη, ὅτι ἐκεχρεώσθητο αὐτῷ ταῦτα, βαρεῖται ταῖς ἀποδείξεσιν, καὶ ἀναγκάζεται δεῖξαι, ὅτι ταῦτα ἐκεχρεώσθητο παρὰ τοῦ τεστατῶρος, ἐπείτοιγε οὐ πλέον λαμβάνει τῆς ἀφισμένης παρὰ τῶν νόμων ποσότητος. [Sch. a. III. 47.]

Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς. Ἀνάγνωθι βιβ. λγ'. διγ. λζ'. θεμ. ζ'. [Sch. a. III. 47.]

quod ait, ex variis causis. Si enim id non additum esset, et una duntaxat solutio facta esset, praesumptio adversus eum non induceretur. Nunc autem crebrae solutiones factae sunt, et ex diversis causis, puta ex causa locationis, venditionis, mutui. Lege lib. 2. tit. 3. cap. 53. Nec tibi contrarium videatur, quod absolute dicit, eum, qui sciens indebitum solvit, donare. Nam aliud est, nulla praecedente obligatione vel causa solvere aliquem alicui res, quas se non debere scit, ut supradicto cap. 53. et aliud, solvere, quae quis ex variis causis debet, nec petenti compensationem obicere eius, quod ab eo vicissim debetur, ut hoc proposito capite, ubi is, qui solvit, non citra obligationem solvit, sed petenti, quod sibi deberetur: et quia probabile est, diversas eum solutiones sponte fecisse, et quia praesumptio naturaliter facit, ut potius debitum proprium remisisse videatur, ideo et Iurisconsultus adiecit, videri eum in gratiam eius fideicommissum remisisse. Cum vero nullum subest obligationis vinculum, nec causa debiti cuiuscunque, idque is, qui solvit, non ignorat, idemque scit, se indebitum solvere, absolute donat iuxta caput 53. tit. 3. lib. 2. Proinde cum additur, videri, si is, qui praesumptione donasse dicitur, probare desideret, non donandi animo se reticuisse debitum suum, admittetur. Sin autem id adiectum non sit, nequaquam adietur. Quaere et lib. 52. cap. 29. Quaere et them. 3. cap. 7. tit. 4. lib. 50. cuius initium: Si mandatu servi mei fundum ei emeris. Nec tibi obstare videatur: convenit enim cum praesente distinctione. Quoniam enim ibi suberat venditionis obligatio, qui autem accipiebat, nullum ius habebat, idque is, qui tradebat, non ignorabat, recte Iurisconsultus ad id, quod manifestum erat, respiciens dixit, tradentem videri donare. Et si is, qui tradidit, desideret probare, se non donandi animo tradidisse, admittetur, quia nec penitus venditionis contractus experts fuit, qui accepit, imo ipse eum iniit: et verisimile erat, eum, qui tradidit, magis tradidisse, quod sciret venditionem contractam, et dominum potius per mediam eius personam accipere paratum, cum et eo interposito principaliter venditio celebrata sit.

XXVII. Scaev. Si cum tibi¹⁾ unciam forte duntaxat testamento possem relinquere, eam tibi reliquero, dicens, me alias quoque diversas quantitates sine scriptis tibi debere, eas accipies, si debitas probaveris: videor enim in fraudem legis haec disse-ruisse. L. 27. D. XXII. 3.

1) si cum tibi] Quidam decedens certam cuidam auri quantitatem reliquerat, supra quam capere non poterat. Finge enim, eum testatoris filium naturalem esse. Testator autem ita subiecit, dicens: Praeter supradictam quantitatem centum aureos ei do legoque, quos mihi dedit fideique meae commisit, cautione eorum nomine a me non exacta ideo, quia omnem eius substantiam, quam a matre susceperat, in manus meas credidit sine ulla cautione. Item eidem dari volo de substantia mea centum quinquaginta aureos, quos ipse habui ex redditibus praediorum ad eum pertinentium, quorum ipse fructus percepi et distraxi. Quaeritur, an legatarius ea quoque ab herede petere possit, quae quantitatem superant, ultra quam ex bonis defuncti capere non potest. Ait Scaevola, nullo modo: nisi liquido probet, haec sibi a testatore debita fuisse. Quoniam enim testator videtur in fraudem legum haec adiecis, legatario incumbit onus probandi. Nota igitur praesumptio mirabilem, et si quis alicui ultra quantitatem reliquerit, quam legatarius duntaxat capere poterat, et is dicat, sibi ea debita fuisse, legatario imponi onus probandi, eumque probare debere, haec sibi a testatore debita fuisse: alioquin non amplius capiet, quam definitam legibus quantitatem.

Enantiophanis. Lege lib. 33. dig. 37. them. 7.

L. 28. κη'. β) Λαβ. "Ότε περί καινοτομίας κτίσματος ἢ δῶρον γίνεται ζήτησις, οὐκ ἀπαιτοῦμεν, τοὺς περιόντας εἰδέναι πάντως, ἐπὶ ποίων ὑπάτων, ἢ πότε γέγονεν, ἀλλ' εἰ ἀκηκόωσι παρὰ τῶν ἐκ θεάς ἐπισταμένων, ἢ ἀκουσάντων, πότε τὸ ἔργον ἐγένετο.

ὅτε περί καινοτομίας] λέγει ὁ Λαβεὼν ἔαν ὁ δικαστὴς ζητῇ τοῦ ἔργου γενομένου τὴν μνήμην, τοῖχου τυχόν, ἢ ἑτέρου τοιούτου, ὀφείλει τούτων πυνθάνεσθαι πρὸς ἀποδείξαι, οἷτινες μὲνηται, ὅτε τὸ ἔργον γεγένηται. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Λαβεὼν. ὁ δὲ Παῦλος νοτεῖων αὐτὸν οὕτω φησὶν ἠρίκα ζητεῖ δικαστὴς, πότερον δείκνυται ἢ μνήμη τοῦ γενομένου ἔργου, ἢ τοῖκωντίον, οὐ τοῦτο ὀφείλει πολυπραγμαροῦν, εἰ ἄρα τις μνημονεύεται, ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ, ἢ ἐν ποίῳ ὑπάτω γεγένηται τὸ ἔργον, ἀλλ' εἰ δυνατόν ἐστιν οἰωδῆποτε τρόπον δεχθῆναι τοῦτο, καὶ μὴ μόνον πυνθάνεσθαι τῶν ἐωρακῶτων, ἀλλ' εἰς πλάτος ἀνάγειν αὐτόν· εἰ καὶ ἔστιν, ὅτε συμβαίνει πολλὰκις καὶ εἰς πλάτος ἀνάγειν αὐτὸν δικαστὴν, καὶ ὅμως τὴν μνήμην ἦτοι τὸν χρόνον μὴ καταλαμβάνειν τοῦ ἔργου, περὶ οὗ ἡ ζήτησις γυμνάζεται παρ' αὐτοῦ. ὑπόθευ γὰρ ἐν τὸς ἐκαστοῦ γεγενῆσθαι τὸ ἔργον, ὅτε μηδεὶς ἐστι τῶν θεῶν παραλαβόντων τὸ ἔργον γινόμενον, ἀλλ' ὅτε τῆς αὐτῆς ἐχούσης δόξης τῆς καὶ ὑπονοίας, καὶ οὐδεὶς ἐστιν ἀκηκῶς ἢ θεασαμενος, πότε τὸ ἔργον γεγένηται, οὔτε μὴν ὁ παρ' ἑτέρου τῶς ἀκηκῶς, θεῶν τυχόν, ἢ καὶ ἀκοῇ παραλαβόντος τὸ ἔργον. τοῦτο δὲ συμβαίνει πολλὰκις, κἂν εἰς ἀπέραντον ἀνάγη τις ἐαυτόν, ὅτε χρόνος ἦτοι ἢ μνήμη τοῦ γενομένου ἔργου μὴ δείκνυται. συνελόντα τοῖκων εἰπεῖν, ἔαν ζητῇ δικαστὴς τοῦ γενομένου ἔργου τὴν μνήμην, ὀφείλει μὴ μόνον τῶν θεῶν παραλαβόντων τὸ ἔργον πυνθάνεσθαι, ἀλλὰ γὰρ κἀκείνων τῶν παρ' ἑτέρου τῶς θεῶν τυχόν ἢ ἀκοῇ παραλαβόντος ὃ) τὸ ἔργον ἀκηκῶτων. [Sch. b. III. 47. sq.]

Κυρῖλλον. "Ότε δικαστὴς σκοπεῖ τὸ παλαιὸν σχῆμα τοῦ κτίσματος, καὶ τὸν ἀκοῇ μαρτυροῦντα δεχόμεθα καὶ τὸν ἀκοῇ ἀκοῆς. [Sch. b. III. 48.]

Τοῦ Ἄνωτόμου. Τὰ παλαιὰ πράγματα τὰ ἕως ἑκατὸν ἐτῶν, οὔτε διὰ συμβολαίων, οὔτε διὰ ἀκτων ἢ ὑπομνημάτων ἄκτα γὰρ τὰ ὑπομνηματα οὔτε διὰ χαρτῶν οὔτε διὰ μαρτύρων δύναται δείκνυσθαι, ὡς φησὶν ἡ τὴν τῶν ἑκατὸν ἐνιαυτῶν παραγραφῆν τῶν εὐαγῶν οἰκῶν ἀναγοῦσα ρία. [Sch. b. III. 48.]

Τοῦ Νικαῖος. Ἀνάγνωθι βιβ. νη'. τι. ιγ'. κεφ. β'. θεμ. θ'. συνῆδον τῶ παρόντι. ἔχει γὰρ οὕτως· δοκεῖ μνήμη τοῦ ἔργου σώζεσθαι, κἂν μὴ ὦσιν οἱ μνημονεύοντες, πότε γέγονεν, ἀλλὰ παρὰ τῶν μνημονεύοντων ἀκουσάντες, καὶ οὐκ ἀπαιτοῦνται γνωσκῆν ἡμέραν, ἢ τὸν ὑπάτον. [Sch. b. III. 48.]

L. 29. pr. κθ' Σκαεβολ. "Ότε περί παίδων ζητεῖται, οὐ μόνον μάρτυρες παρεχόνται, ἀλλὰ καὶ αἱ πεμφθεῖσαι ταῖς μαρτυροῦσιν αὐτῶν ἐπιστολαὶ πιστοῦμεναι τάξιν ἐπέχουσιν ἀποδείξωσιν.

§. 1. Ἐγκνος γυνὴ διαζυγεῖσα καὶ ἐν ὑπομνήμασι καταθεμένη, τὸ τεχθὲν πορνογενῆ εἶναι, ἀδιάθετος ἐτελεύτησε. τὴν κληρονομίαν αὐτῆς ὁ παῖς δύναται κελεύσει τοῦ πατρὸς ὑπεξέρχεσθαι, ἢ γὰρ δι' ὀργὴν παρ' αὐτῆς γενομένη κατάθεσις οὐκ ἐναντιοῦται.

ὅτε περί παίδων ζητεῖται] λέγει ἡ διάταξις, μὴ μόνον διὰ μαρτύρων δύνασθαι τινα ἐαυτὸν ἀποδείξαι υἱὸν οὐτα τινός, ἀλλὰ καὶ δι' ἐπιστολῆς πρὸς τὴν τούτου μητέρα πεμφθείσης παρὰ τοῦ λεγομένου πατρὸς, ἐν ἡ τυχόν ὡς υἱοῦ μνήμην ἐποίησας· μόνον εἰ δύναται δεῖξαι μὴ οὐσαν πλαστήν τὴν ἐπιστολήν. [Sch. c. III. 48.]

Κυρῖλλον. Οὐ μόνον διὰ μαρτύρων δύναται τις δεῖξαι, ὅτι υἱός ἐστι τοῦ τεστῆτορος, ἀλλὰ καὶ ὅτι ὡς γαμετῆ ἐπιστέλλει τῇ μητρὶ αὐτοῦ. μαρτυροῦσι καὶ μάταια καὶ δοῦλαι. ζῆρει βιβ. μβ'. τι. ζ'. διγ. τελευτ. [Sch. c. III. 48.]

ἀλλὰ καὶ αἱ — ἐπιστολαὶ] Ἐν τοῖς διγέστοις μὲνηται πιστεως γραμμάτων βιβ. γ'. τι. γ'. διγ. ξε'. ἦτοι βιβ. η'.

XXVIII. Lab. Cum de novo opere¹⁾ vel de finibus controversia est, non exigimus, ut qui supersunt, omnimodo sciant, quibus Consulibus vel quando id factum sit, sed an ex eis audierint, qui vidissent vel audiissent, quando id opus factum esset.

1) cum de novo opere] Labeo ait: Si iudex quaerat operis facti memoriam, parietis forte, vel alterius eiusmodi, ad probationem eos interrogare debet, qui meminerint, cum opus fieret. Haec quidem Labeo. Paulus autem eum notans sic ait: Cum iudex quaerit, num probari possit operis facti memoria, necne, non debet diligentius inquirere, num aliquis meminerit, quo die vel quo Consule opus factum sit, sed num hoc quocunque modo probari possit, et non solum interrogare eos, qui viderint, sed libere et latius exquirere: quamquam saepius accidit, ut iudex latius exquirat, et tamen memoriam sive tempus operis, de quo quaestio ab eo exercetur, non inveniat. Finge enim intra annum opus factum, cum nemo est, qui viderit, cum opus fieret: sed cum eadem fama et opinio obtinet, neque ullus est, qui audierit aut viderit, cum id opus fieret, nec qui ab alio quodam, qui opus factum viderit vel audierit, id audierit. Hoc autem plerumque accidit, etsi in infinitum quis se referat, cum tempus sive memoria facti operis non probatur. Ut igitur breviter dicamus, si iudex facti operis memoriam investiget, debet non solum eos interrogare, qui viderunt opus, sed et eos, qui ex alio quodam, qui audiit vel vidit, cum id opus fieret, audierunt.

Cyrilli. Cum iudex veterem formam ac statum aedificiorum exquirat, eum quoque testem admittat, qui audierit, et qui audierit ex eis, qui audierunt.

Innominati. Antiqua negotia ab annis centum neque instrumentis, neque actis, nec chartis, nec testibus probari possunt, ut ait Nov. III. quae centum annorum praescriptionem sacris domibus competentem sustulit.

Nicaei. Lege lib. 58. tit. 13. cap. 2. them. 9. quod cum hoc congruit. Sic enim habet: Videtur operis memoria conservari, licet non supersint, qui meminerint, quando factum sit, sed qui audierint eos, qui memoria tenuerint: neque exigitur ab eis, ut norint diem vel Consulem.

XXIX. Scaevol. Cum de liberis quaeritur¹⁾, non solum testes adhibentur, sed et epistolae²⁾ matribus eorum missae, si de fide earum constet, vicem probationum obtinent.

Mulier gravida³⁾ repudiata et in actis professa, filium, quem enixa est, spurium esse, intestata decessit. Hereditatem eius filius iussu patris adire potest⁴⁾. Depositio enim ab ea ex ira facta non obstat.

1) cum de liberis quaeritur] Ait constitutio, posse quem non solum testibus probare, se filium esse alicuius, sed et epistola ad matrem ipsius missa ab eo, qui pater esse dicitur, in qua fortasse mentionem eius fecit quasi filii: modo probare possit, non falsam esse epistolam.

Cyrilli. Potest quis non solum testibus probare, se filium esse testatoris, sed et eo, quod testator ad matrem ipsius quasi uxorem scripsit. Testimonium quoque perhibent nutrices et ancillae. Quaere lib. 42. tit. 7. dig. ult.

2) sed et epistolae] In digestis de fide literarum mentio est lib. 3. tit. 3. dig. 65. seu lib. 8. tit. 2.

p) Cap. 28. legitur aliis verbis apud Harm. I. 6. §. 13. in hunc modum: περί ὄρων ζητήσεως καὶ καινοτομίας κτίσματος καὶ ἐξ ἀκοῆς μαρτυροῦντας δεχόμεθα μάρτυρας. q) Sic legendum. Fabr. παραλαβόντων.